a loco: ab actu: ab enētū. **Hec** enim plane dicit. **Si** p'p'rie p'p'riū dicas epitheton h' est: vt alb' cignus: coruus niger: nox humida. vel qñ p'petas itelligit in substātiuo: vt da uid fidelis. deus iustus. fames pallida. virtus vera. **Et** ita adiectiuū p'p'rie adycit substātiuo. **In** doctrinali sic dī. **Siet** epitheton si dicas tristitia bella. et dī ab epi qd est su pra: et theton vel thesis qd ē positio: q̄si p'p'a adiectiuū sup positio. et differt ab antonomasia: qz antonomasia pro vice noīs ponit: vt v'bs pro roma: apls p' paulo. **Epithe** ton nūq; est sine noie. **Vide** etiam in q̄rta pte in suo loco.

Synodoche est significatio pleni intellect' ca par: cū plus minusue p'nciat: aut enī totū a pte ostēdit: vt **Uerbū** caro factū est. et **Francus** in nauī vniuerse aīe cētū septuaginta sex. **Dic** enī minus dicēs plus significat: aut ecōtra a toto pte: vt **Propter** pa rascenē iudeoz: qz iuxta erat in monumētū posuerūt il lum: et tulerūt dñm meū: et nescio vbi posuerūt eum: dñm dicit: cū solū dñi corpus quereret. **Plus** enī dicēs minus significat. **Ad** tractās **Heg.** dicit in homel. **Notādū** iux ta historiā q' mulier nō ait: **Tulerūt** corp' dñi mei: s; tulerūt dñz meū. **Uis** nāq; sacri eloqi ē: vt aut aliqñ ex pte totū: aliqñ vō ex toto pte significet. **Ex** pte enī totū signifi cat: sicut de iacob filys scriptū est. **Quia** descēdit iacob in egypto in aiab' septuaginta. **Neq;** enī sine copozibus aīe descēdebāt: s; p' solaz aiāz tot' hō significat: qz ex pte totū exprimit. **Et** solū dñicū corp' in monumēto iacē rat: et maria nō dñm: s; sublatū corp' dñi q̄rebat: videlicz ex toto designās pte. **Dug.** vō dicit q' synodoche est qdāz figura: cū qd p'ris est attribuit toti: et ecōuerso. **Et** est etiāz quidā color rhetoric: et appellat apud latinos intellectio et est intellectio totū per pte: vel pris p' totuz: vel vñ per plura: vel pluriū p' vñū cognitio: et dī synodoche a spn qd ē con et odoche qd ē captio vel expectatio: qz p' intellectu ptis capif et expectat itellect' totius: et ecōuerso. **Demis** nisse aut debem? vt dicit **Donat**: cū sit a pte totuz ab in signiori parte faciēdum est. **De** synodoche etiā infra dicā cum agam de aliothea: in capitulo de synthefi.

Onomatopeia est nomē de sono factū vel fi ctū: vt stridor porte. **Corū** a crocitādo. **Et** silr p'prietates aīaliū. vt rugit' leonis: et ba latus ouis. **Tintinnabulū** a tintin. **Et** notādū q' nomē si ctuz aliqñ est nomē ipsi' soni: vt tinnit': g est nomē soni' auris. aliqñ est nomē habētū sonū: vt taratantara. et dicit tur ab onoma qd est nomen: et thesis qd est positio: et poio qd est fingo: q̄si positio ficti noīs. et accipit hic nomē lar ge pro quibet parte oratiōis. **Et** scias q' onomatopeia ali qñ ita large sumit q' ē cōprehēdit vbi p'firmatiōē siue tropuz g dicitur rematopeia fm **Dug.** **Vide** plenius de hoc suo loco infra in quinta parte.

Periphrasis est circūlocutio q' fit duplr. **Aut** or nande rei cā. i. pulchre plongando nām. **Uñ** **Virg.** **Et** iam p'ma nouo spargebat lumine ter ras **Titani** croceum linquēs auroza cubile. q̄si dicit. **Iā** lucebat: aut dies ortus erat. **Itē** **paulus** ad **Corint.** **Sci** mus q' si terrestris dom' nostra hui' habitatiōis dissol uat: qz edificatiōē ex deo habem' domū nō manufactā eternā in celis. **Aut** causa vitāde feditatis: vt **Placidūz** periuit iugis in infusus gremio. **Itē** ad **Roma.** ait **Aplis.** **Semine** earū mutauerūt nālē vsūm in euz vsūm qui est dñm. **Silr** aut et masculi in masculos turpitudine ope rantes et. **Itē** iste soluit tributū ventris. **Quoties** igr' ho nestam rem honestiozē per circūlocutiōē facere volu mus periphrasis dicit. vt auras vitales carpit. i. viuūt. **Silr** cum turpē rem per circūlocutiōē verboz honestamus periphrasis ē vt patuit. **Uñ** in doctrinali dicit. **Periphrasis** circūloquiū de iure vocat: cū verbis curas attollere rem

tibi gratia. **Aut** in re turpi verbis nō turpib⁹ vti. et vt dicit **Dug.** peri qd est circū pponit cū frasis qd est locutio: ide perifrasis. i. circū locutio. cū vna res plurib⁹ vbis significatur et describit. et in rhetorica iste modus loquēdi dicitur circū locutio. Et scias qd perifrasis qd fit in orōne differt ab antonomasia et epitheron qd fiunt in dictione. **Itē** hec oblique ordinant ad laudē vel vituperiū: illa vō directe.

Iperbaton est quedā trāscensio vboꝝ ordinez turbās. **Quis** gñq; sunt spēs. s. iste / rologia vel isteronproterō: anastrophe: parēthesis: theme sis: syncreſis. et dicitur ab iper qd est supra et baton qd est mā: qd trāscēdens loquendi mām. et excusat pleonasmō. vel fm **Dug.** dicitur ab iper qd est sup: et baton qd est gradus: et inde hec iperbaton. i. longa et supergrediens cōstructionis vel sententie trāscensio. s. cum verbum aut sententia ordine commutatur.

Isterologia vel isteronproteron est snie cū ver bis ordo mutatus: vt **Torere** parant flāmis et frāgere saxo. **Qd** sic itelligas. **Isterologia** ē mutatus ordo snie cū vbis: vt in p̄dicto exēplo. **Torere** parāt et: primo enim solet in mola frāgi triticū: et postea toreri. i. flāmis coqui. **Ergo** et sensus v̄ba pfundunt. **Itē** **Virgilius.** **Do**namur et in arma ruamus. **Itē** **Nutrit** et peperit. **Itē** et vomit et potat. **Itē** psalm⁹. **Dic** accipiet bñ dictionē a dño: et misericordiā a deo salutari suo. **Nam** vt dicit **Beda.** prius dñs miserādo iustificat impiū: et sic benedicēdo ornat iustū. **Dicit** autē isterologia ab ister qd est vltimus: et logos qd est p̄mo: qd vltimus. s. p̄posterus. **Uel** dicitur ab isteron qd est post: et logos qd est p̄mo: inde iste rologia. i. p̄posterus p̄mo. **Sed** isteronproteron dicitur ab isteron qd est ordo: p̄terō qd est p̄posteratio qd ordo p̄posterus. vel dicitur ab ister qd est vltimus: et p̄thos qd est primus: quasi pro vltimo primū. et pro primo vltimum. **Isteronproteron** est sententia ordine mutata. s. cōuersio recte snie. **Isteron** enim interpretat̄ videre: p̄teron cōuersio: vt dicit **Dug.** **Vide** in isterologia.

Anastrophe est verboꝝ tñ ordo p̄posterus: vt **Italiam** cōtra pro cōtra italiam. **Quotiens** cūq; sensu integro permanēte verba tñ mutatur anastrophe dicitur. vt **Italiam** cōtra. **Debit** n. dicit. **Cōtra** italiam: eo qd p̄positio semp̄ debet p̄poni. **Sicut** in iob. **Quāobrem** ego deprecabor dñm: pro ob quā rem. vñ doctrinale. **Dicitio** si subſit cum sit p̄cedere digna: **Sicut** anastrophe sic surgit mare littoꝝa cōtra. **Et** dicitur ab ana qd est sursum: et trophos qd est cōuersio: qd recti ordinis cōuersio. vel ab ana qd est re: et trophos qd est missio: qd retro missio: qd deberet p̄poni retromittit. **Uel** dicitur ab ana qd est re: et trophos qd est cōuersio: inde anastrophe: id est retro cōuersio. **Vide** in suo loco

Parentthesis est iterposita rōcinatio diuerse snie: vt **Eneas**: neq; enī patrius cōsistere mētem **P**assus amor: rapidū ad naues p̄mittit achatē. fm **Donatū.** **Quoties** snia inchoat: ei qd interponitur q̄libet ratiocinatio parentthesis ē: vt in p̄dicto exēplo **Debit** enim dicere. **Eneas** rapidū achatē p̄mittit ad naues: sic demū subiūgere. **Neq;** enī patrius amor **P**assus est cōsistere mētem. **Item** ap̄lus ad **H**alatbas. **Cum** vidis sent grām que data est mihi: qui enim operat⁹ est petro in apostolaru operatus est et mihi inter gētes: iacob⁹ cephas et iōānes dexterās dderūt mihi et barnabe societatis. **Uel** parēthesis ē sentētie interpositio: qua ex medio remota: integer sermo perdurat: vt **Dy** ceptis: nam vos mutastis et illas: aspirate meis: et dicitur a para quod est inter: et thesis quod positio: quasi interpositio.

Themesis est vnius cōpositi aut simplicis verbi sectio vna dictione vel pluribus iterie

etis: vt **Septem** subiecta trioni. **Hoc** cōpositus nomen septētrion diuidit: et interponit vna dictione. s. subiecta: vt **Septē** subiecta trioni: pro eo qd ē subta septētrioni. **Uñ** doctrinale. **Dat** themesis binas i partes dictione secta. **Est** bozee regio septem subiecta trioni. **Itē.** **Saxo** cere com minuit brum: pro cerebrum. **Et** diuidit hoc simplex verbum. s. cerebrum: et dictione vna interponit. s. cōminuit. **Itē** **Masilii** portabāt iuuenes ad littoꝝa tanas. **Dic** simplex verbum diuidit. s. masilitanas. i. masilie populus: que est vrbs gallica diuidit: et plures dictiones interponunt. s. portabant iuuenes ad littoꝝa. **Hec** tropi spēs vt dicit **Beda** nō facile in scripturis sanctis que ex hebreo vel greco sermone trāslate sūt p̄t iueniri. et est bñ. **Diero.** que genuit solymis dauidica p̄les. **Hoc** ē hierosolymis. **Et** dicitur theme sis a themos qd est diuisio vel sectio. **Diuidit** enī siue se cat vna dictione ab alia p̄ ea qd interponunt. **Uel** dicitur a teneo tenes: et hec memeris qd est diuisio. qd tenes diuisionē.

Syncreſis est iperbaton ex omni parte cōfusus: vt **Tris** notbus arreptas in saxa latētia torquet. **Saxa** vocant itali medys qd in fluctib⁹ aras. **Est** enim ordo. **Tris.** s. naues arreptas: notbus. i. ventus. in saxa torquet: que saxa in medys fluctibus latētia itali vocāt aras fm **Donatum.** **Item.** **Nos** virtute lauat q la bē lachrymis ornat. **Et** est ordo. **Ille** qui lauat labem lachrymis ornat nos virtute. **Et** dicitur a syn qd est con: et cre sis qd est fusio: quasi pfusio. **Uel** dicitur a syn qd est con: et cha os cōfusio. **Ibi** enim ordo sentētie verborūq; simul pfundit: et qd fit in permutatione ordinis duarum dictionum: et vtrāq; excusat cacephaton.

Iperbole est dictione fidem excedens augēdi minūēdiue causa. **Augēdi:** vt **Iste** est nitue cādidior: aquilis velocior: leonibus fortior. **Minūēdi** ue: vt **Terrebit** te sonitus folij volantis. et **Hemigrata** est super carbones facies cog. et **Iste** est tardior testudine.

Uñ doctrinale. **Trāscensus** veri manifestus iperbole fiet: et dicitur ab iper quod est supra: et bole quod est sententia vel fides: quasi supra sentētiā vel fidem: et excusat tapi nosim. **Dic** tropus vocat̄ a **Tullio** suplatio: et cōtrariatur buic tropo liptote: de qua infra dicam.

Allegoria est tropus quo signat̄ aliud qd dicitur: vt **Est** iam tēpus equū firmantiū solue re colla. **Virgilius** enī cum de hoc diceret: nō vere dicebat soluēda fere colla equoꝝ sed carnē finiendū significabat. **Itē** in euāgelio **Joan. 4.** **Leuate** oculos vestros et videte regiones: qd albe sunt iam ad messēm. **Hoc** est intelligite: qd populi iam parati sunt ad credēdū. **Et** vocat̄ hic tropus a **Tullio** permutatio: et dicitur ab allecon qd est alienus: et logos qd est sermo: vel goze qd est dicere. vnde allegoria. i. alieniloquiū: cū aliud sonat et aliud intelligit: p̄cipue oppositus. et iō allegoria differt a metaphora: vbi licet aliud: non tamen signatur oppositum. **De** hoc requirere infra in quinta parte in suo loco. **Item** infra post antis mos. **Puuis** multe sunt species. ex quib⁹ eminent septēz. s. ironia: antifrasis: enigma: carientismos: paroemia: sarcosmos: antis mos.

Ironia est tropus p̄driūm qd conat̄ ondes. i. trop⁹ ondens id p̄driūm qd conat̄. i. vult: vt i li. **Regū.** **Clamate** voce maiori. **D**eni baal forsitā loquē vel in diuersozio est: aut dormit vt excitef. **Hęc** nisi grauitas pnūciationis inuenerit p̄fiteri videbit qd negare cōtēdit fm **Donatū.** **Pug.** enim dicit. **Ironia** est snia pronūciationi driūm hīs intellectū. s. sic laudans vt vituperare intelligat. et dicitur ab iron qd est driūm: et onoma nomē: qd facit pnūciationē driam intellectui. vel dicitur ab iron qd est eleuatio. debet enim fieri cū quadā eleuatione vocis: vñ a **Tullio** vocat̄ exclamatio. et fm quosdā quādōcūq; eisdē

verbis aliquid negare possumus et confirmare ironia potest dici. et differt ab antifrasi: ut in antifrasi dicam.

Antifrasis est vnius vbi ironia: ut bellū hoc est minime bonū. **Lucus** qz nō luceat **Parca** qz minime parcat. **Danes** qsi mites cū sint terribiles. **De istis** **Gregorius** dicit. **Lucus** et officium bellū libi tinaqz parca. **Ista** p antifrasi dñr noia qnqz. **Beda** dicit qz h antifrasis est. **Amice** ad qd venisti. **Secūm** **Dug.** vō antifrasis est s̄mo ecōtrario itelligēdus. et dñr ab anti qd ē contra et frasis qd est locutio: ut **Lucus**: qz luce caret. **Et** differt ab ironia: qz ironia pñciatiōe sola etiā idicat qd vult intelligi. ut cum dñr homini male agēti. **Qd** bonū est facis. **Sed** antifrasis nō voce pñciatiōis signat s̄rium: sed tñ v̄bis suis quoqz origo s̄ria est. **Doctrinale** dicit. **Antifrasis** sermo signans contraria dicto.

Enigma est obscura s̄nia p occultā s̄ilitudinez rerū: ut **Mater** me genuit. eadem mox gignit ex me. **Cum** signat aquā in glaciem cōrescere: et eandem rursus effluere. **Uñ** doctrinale. **Patre** p genies occidit matris in alio. **Mater** me genuit eadē mox gignit ex me. **Quā** mater genuit generavit filia matrem. **Itē** de comedēte exiit cib⁹: et de forti dulcedo. **Signat** ex ore leonis fauū mellis extractum. vel **pēne** colūbe de argērate: et posteriora dorsū eius in spē auri: cum significet eloquia scripture spūalis diuino lumine plena. **Sensum** enim ei⁹ interiorē maior celestis sapiētie grā refulgentē: vel certe vite sancte ecclesie p̄ntem virtutū pēnis gaudētem: futuram autē q̄ in celis est eternā cum dño claritate fruiturā. **Et** dñr ab e. qd est extra: et n̄gmos qd est liquidū. i. extra in telligibilitatē. **Uel** dñr ab en qd est in. et nigma qd est imago: ide enigma. i. s̄nia in imagine: hoc est in obscuritate posita. **Et** differt s̄m **Ii.** ab allegoria: qz allegoria sub re alia aliud significat: et sic est gemina. **Enigma** vō tñ sensus bz obscurū p quasdā imagines obumbratū. **Papi.** vō dicit. **Enigma** questio obscura q̄ difficile intelligit nisi aperiat. **Vide** in quinta parte in suo loco.

Carientismos est tropus quo dure dicta gratius siue mit⁹ pferunt: ut cū interrogātibz nobis an aliqs nos quesierit: rñdēt bona fortuna. **Ex** quo datur intelligi neminē nos q̄sisse. **Item** **Mōne** pro rachel seruiui tibi quare: imposuisti mihi lyas. **Uno** enim leuissimo impositiōis v̄bo iniuriā quam patiebatur: grauius rem tēperātius loquēs significauit. **Itē** de filio sacerdotis dñr. **Ite** est de genere aaron vel consobruius fratris clerici. et dñr a caris qd est grā: et mos moris: q̄si grātiōsus mos. vel dñr ab antos qd est flos: et mos. i. virtus: inde antismos. i. tropus floride et vrbane virtutis.

Paroemia est accōmodatū rebus tpibusqz puerbiū. **Reb⁹**: ut **Aduersus** stimulum calcitra. i. supbis resistit. **Ipibus**: ut **Lupus** est in fabula. i. tace. **Serf** quoqz qz hō si a lupo p̄us videat amittit loquelā. vñ **Lupus** est in fabula dñr cuz aliqs in media locutiōe tacet. **Et** ut dicit aliqui nāles lupus est aial venenosum: et inficit aerē. **Aer** vō infect⁹ veniēs ad boiem ipsius arterias ingredit: vñ loquelā aufert. **Sed** si hō p̄us videt lupū nāliter p̄fortat: et ideo nō inficit. **Itē** s̄m **Beda** z canis reuersus ad suū vomitū: et sus lota in volutabro luti: et **Mā** saul iter p̄phas. quoqz vno cū quēlibet post actā penitētiā ad vitā relabit: altero vō tūc v̄timur: cuz idocetuz quēlibet officii docēdi assumere: vel aliud qd artis qd non didicit s̄bimet vsurpare viderimus. **Hic** tropus adeo late p̄s: ut liber salomonis: quē nos s̄m hebreos parabolas dicimus. apud grecos ex eo nomie accepit paroemiaz. i. puerbioz. **Et** s̄m **Dug.** **Para** cōponit cū emum qd est modulatio: et dñr hec paroemia. i. rebus vel tpib⁹ accōmodatū puerbiū: vbi grā. **Voluit** aliqs nocere alicui et

lesus est ab eo potest dici. **Aduersus** stimulum calces vel calcitras. vel potest dici. **Aduersus** stimulum calces: dū signat aduersis resistēdū. **Silr** quoriēs v̄timur puerbio in tpe cōmodo et apto paroemia ē. **Verbi** grā. **Loquebaris** de aliquo talia aliq̄ que sibi displicerēt si audiret: et ille veniēs subito dicit. **Lupus** est in fabula. **Uel** dñr paroemia a para qd est iuxta: et omon qd est deductio vel modulatio: qz si iuxta modulationē vel deductionē: qz tacet dū narrat.

Sarcosmos est plena odio vel hostilis irrisio an xiliatē mō dicēdi signata: ut **Alis** os saluos fecit: seips nō potest saluū facere. **Si** rex israel est defecēdat nūc de cruce et credimus ei. **Itē** **Dēs** quos p̄us fisti gladio mortui sunt. cum hoc dñr alicui qui neminē gladio p̄ussit. **Diuc** s̄ria antismos. et dñr sarcosmos a sarcos qd est caro: et ismos qd est diuisio: quasi carnalis diuisio. i. hostilis. **Uel** dñr a sarcon qd est corrosio: et mos moris: q̄si mos corrosiu⁹. **Uel** dicitur a sarcos quod est caro: et mos moris: quasi carnis mos. i. mala et amara irrisio que p̄git vsqz ad carnem.

Antismos est tropus multiplex numeroseqz virtutis. **Nam** antismos putat⁹ dictum esse quod simplicitate caret rustica: et faceta satis vrbantate expoliturum est: ut **Qui** bauium nō odit amet tua carmina meū. **Atqz** idem iungat vulpes et mulgeat bircos. **Quod** exponēs **Irido**. dicit. **Qui** bauium non odit prope na ei cōtingat ut diligat meuius. **Suerūt** aut meuius et bauius pessimi et emuli **Virgily**. **Qui** ergo hos diligit. dicit **Virgi.** in bucco. sugillādo faciat que cōtra naturam sunt. iungat vulpes ad aratrū: et mulgeat bircos. **Itē** antismos est cū dicit. **Mulier** oī sagitte apiet faretrā: q̄n dicit. **Di** virge virili aperiet vuluā. **Itē**. **Sili** mulieris yltro viruz rapientis. i. fili meretricis: dixit saul ionathe. **Itē** **Ap̄s**. **Urina** et abscondant q̄ vos conturbāt. **Et** dicit antismos ab antos qd est flos: et mos. i. v̄tus vel sentētia: inde antismos. i. tropus floride et vrbane virtutis vel sententia. **Et** est antismos s̄ria figura de sarcosmos. f. vrbantitas sine iracūdia: ut **Qui** bauium nō odit et. ut dicit **Dug.** **Et** s̄m **pap.** dicit antismos. et s̄m **Dug.** in vno loco dñr etiā antismos silr: ita qz s. est secūda l̄ra. **In** alio loco dicit antismos: ita qz n. est secūda l̄ra. et multi hoc dicunt. **Antismos** s̄m quosdā d̄z dicit: ita qz s. sit secūda l̄ra: et idē qd antismos. **Vide** supra immediate in antismos.

Nota hic qz sicut dicit **Beda** allegoria aliq̄n factis: aliq̄n v̄bis tñmō fit: aliq̄n factis simul et verbis. **Factis** sicut dñr ad **Sala.** **Mā** abraam duos filios habuit vnū de ancilla: vnū de libera: qz sunt duo testamēta. **Verbis** aut solūmō: ut **Egrediet** virga de radice iesse: et flos de radice ei⁹ ascendet. **Quo** significat de stirpe dauid per mariā virginē dñm saluatore fuisse nasciturum. **Aliq̄n** factis silr et verbis vna eadēqz res allegorice significat. **Factis** qdem: ut **Vendiderūt** ioseph in egyptum ismaelitis triginta argenteis. **Verbis** vō: ut **Appēderūt** mercedē meā triginta argēteis. **Itē** factis: ut **Erāt** dauid rufus et pulcer aspectu: et vnxit eū samuel in medio fratru suoz. **Verbis**: ut **Dilect⁹** meus candidus et rubicundus: electus ex milibus. **Qd** vtrūqz significat mystice media torem dei et hominū: decorum qdem sapientia et virtute: sed fuisse sanguinis effusione roseum: eūqz vnctus a deo patre: et oleo letitie p̄re consortib⁹ suis. **Itē** allegoria vbi sine operibus aliq̄n historica rem: aliq̄n tipicā: aliq̄n tropologica. i. moralē rem. aliq̄n anagoges. hoc est sensus ad superiora ducētē figurate denūciat. **Per** allegoriā nāqz res historica figurat: cū factura p̄moz sex siue septe dierū totidē seculi hui⁹ cōparat etatibus. **Per** v̄bū historia: dū hoc qd dicit **Jacob** patriarcha. **Latulus** leonis **Juda** ad pdā ascendisti fili mi et. **De** regno aut victoris dauid

allgd intelligit. Per vbu spualis de xpo siue ecclesia sen- sus elicit: cu idem fmo patriarche de dnica passione r re surrectide fideliter accipit. Allegoria facti tropologiam: hoc est morale pfectionez designat: vt Tunica polaris r polimita: qua iacob patriarcha filio suo ioseph fecit varia rum virtutu gram: qua deus pater vsq; ad terminu vite nostre indui r pcepit r donauit insinuat. Allegoria vbi ca- dem moy pfectione designat: vt Sint lubi vestri pincti r lucerne ardentes i manib; vestris. Et allegoria facti ana- gogici: hoc est ad supiora ducetem sensuz exprimit: vt Se- primus ab ada enoch traslat' de mudo: sublatum future britudinis: q britudo post opa bona seculi h: qd sex etati bus peragit: electis in fine suat: figurate dsignat. Allego- ria vbi eade vice celestia gaudia demostat: vt Ubicunq; fuerit corp' illuc congregabunt r agle: q; vbi mediator dei r hoium est coope: ibi nimir r nunc subleuate ad oculos aie: r celebrata glia resurrectionis: colligunt' corpa scroz. Nonunq; aut in vna eadq; re vel vbo historia: sil r my- sticus de xpo vel ecclesia sensus: r tropologia: r anagoge figuratiter itinat: vt Tēplū dñi iuxta historia dom' qua fecit salomon. Iuxta allegoriam corp' dominicu: de quo ait. Soluite tēplū hoc r in trib' dieb' excitabo illud. Si- ne ecclesia ei' cui dñs. Tēplūz eni dei scdm est qd estis vos. Sine p tropologia qlibet fidelis. gbus dñs. An nescitis qz corpa vestra tēplū sunt spūscit q in vobis est. Per anago- gē supne gaudia māssionis: cui suspirabat gait. Beati qui habitāt in domo tua dñe in secula seculoz; laudabunt re. Sil' mō qd dñs. Lauda hierusalē dñm: lauda deū tuū sy- on. Qm' confortauit seras portaz tuaz; bñdixit filijs tuis in te. De cinib' terrē hierusalē: de ecclesia xpi: de aia quo- q; electa: r de patria celesti: iuxta historia: iuxta allegoria: iuxta tropologia: iuxta anagoge recte accipi pōt. Iuxta al- legoria de ecclesia xpi dicim' sequētes exēplū Gregorij: q in moralib' ea q de xpo siue ecclesia p figurā dicta siue fa- cta interpretant: allegoria pzie nūcupare solet.

Omoensis est minus note rei p similitudine eius que magis est nota demōstratio. r i- terptat' similitudo. Alij dicūt omozēsis: qsi rei vni' notitia. r dñs ab omos qd est vñū: r ensis qd est noticia. Dñs sunt tres spēs: icon: parabola: paradigma. i. imago: cōparatio exēplū. Et scias q quoties p rei in ore similitudine intelligen- mus rē quā min' notā habem' omoensis ē. Sit aut sic: pō- peius testat' aut a reb' notis: aut a rebus incognitis: aut a reb' imparib'. Et he sunt tres spēs q; annectit Donat'.

Omozensis interpretat' similitudo p quā min' note rei p similitudinē eius q magis est no- ta pandit demōstratio fīm Dug. Et est idē qd omoensis: de qua immediate supra dictum est.

Icon est psonaz inter se vel eoz q psonis accidunt cōparatio: vt Vidimus gliam eius gliam qsi vigeniti a pte. Itē. Neq; nubēt: neq; nubenf: neq; ducēt vtores: neq; enim vltra mozi poterūt: eqls eniz angelis sunt vt dicit Beda. Du. vō dicit. Icon onis. fe. ge. r bec ico- nia nie. fe. ge. r bec icona ne. i. imago v' signū. Et ē icon in- ter se vel eoz que psonis accidunt cōparatio. s. cum figu- ram rei ex simili genere conamur exprimerē. Et dicit' ab icon quod est imago vel signum.

Parabola est rez gñe dissimiliuz cōparatio: vt simile est regnū celoꝝ grano syna- pis. Itē sic moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exal- tari oportet filiū hoīs. Itē. Exyt qui seminat seminare se- mē suū. Et vt dicit Dug. para. i. iuxta cōponif cū bole qd est snia: ide parabola. i. similitudo siue cōparatio ex dissimili- bus reb': sic est cū Lucanus cōparat cesarē leoni: non ex- suo s; ex alio genere similitudinē faciēs. Et dñ parabola q; si iuxta sniam. Nō enim ipsa est snia que sonat: sed iuxta

sniam: vnde parabolicus ca. cum. i. similitudinarius ria. riū. Vide de hoc in suo loco.

Paradigma est ppositio vel enarratio exem- pli horatīs aut deterrētis. Dōz tātis: vt Delias hō erat filis nobis. passibilis: r ofone eza- uir vt nō plueret sup terrā r nō pluit. Itē in euāgelio. Re- spicite volatilia celi: qm' nō serūt: neq; metūt: neq; congre- gāt in horrea: r pater vester celestis pascit ea. Deterrētis: vt In illa hora q fuerit in tecto r vasa eius in domo non dscēdat tollere illa: r q in agro silr nō redeat retro. De- mores estote vrozis loth fīm Bedā. Et vt dicit Dug. para- digma cōponif a para qd est iuxta: r digma qd ē dignitae: vel nomē decus laus r gl' a. r dñ hoc paradigma matis. i. ppositio exēpli. vel exēplū dicti vel facti alie' ex fili vel dissimili gñe dueniēs ei quā pponim' rei: vt Tā fortiter peryt apud hyponē scipio q; vtice cato. Vel paradigma fīm alios dñ a para qd est iuxta: r digma snia: qsi iuxta sen- tētiā rei onfio: r sic differt ab allegoria. Et qz omoensis r ēt paradigma dñ similitudo qdā: id dicit It. agēs de para- digmate q; similitudo fit trib' modis. qñq; a pari ad parēz. qñq; a maiori ad min'. qñq; ecōuerso a minori ad mai'. Dec de scemate r tropis a Donato positis dicta sufficiāt. Nūc de colorib' rhetoricis: r de qbusdā figuris q non po- nunt a Donato vel Puf. cū figuris locutiōis: sunt tñ i ho- noze in rheologia. r pnt reduci ad scemata vel tropos: mi- xtim videamus. Colores eniz liciti sunt sermones: r mul- ti colores dueniūt cū figuris locutionis.

De coloribus rhetoricis.



Colores autem rheto-

rici: r figure pdicte de qbus h' intendi- mus sunt sexagintadue. s. adiunctum. agnominatio: antimetabola: antiposo- ra: antitheta: antitheton: ātroposparos: apofiopefis: apostrophe: articulus: bra- ciologia: catatiposis: climax: cōplexio: cōcordia: condupli- catio: diuictio: dñtio: dñrium: dñersio: correctio: diaforosis: diafirtos: diffinitō: dubitatio: ebasis: emphasis: endiadis: epidioecia: epilogus: epimone: ethiopeia in suo loco est: embasis: euphonia: euphemifimos: exalage: exclamatio: fārafasia: gragatio: ipalage: ipofora: lepos: litote: occupatio: oliopomenon: omopasia: omophosis: pizātia: precisio: pro- fonesis: profopopia: prothescoparalage: ratiocinatio: re- petitio: sententia: synthefis: somothopheia: subiectio: tra- ductio: transitio: tropologia.

Adiunctum vel adiunctio est qñ res pphēdē: r nō iterponit' vbu: sed pus aut in fine locat'. vt Extinguit spēm siue morbus siue senectus. Itē morbo vel senio forme decus euacuatur.

Agnominatio fit qñ dictōes plures iungunt' in pncipio aut in fine syllabe: sensu tñ dissimiles: vt Luria curarū genitrix nutrixq; ma- loz. Inuictis victos inonestis equat honestos. Sic co- lor duenit cū qdā specie scematis q dicit' paronomasia.

Antimetabola est mutatio sermonis cū snia: vt Nō vt edas viuas: s; edas vt viuere possis. vñ doctrinale. Itē vbi vñt antimetabo- la sensuz. Nō vt edas viuas: sed edas vt viuere possis. Et dicit' ab anti qd est p: r meta qd est trās: r bole qd est snia qsi traslata cum dñtate vboꝝ snia. r reducit' ad tropuz q dñ metaphora. Vel vt dicit Dug. antimetabola ē cōuer- sio vboꝝ q ordine mutato dñiū efficit sensum: vt Nō vt edā viuo: s; vt viuā edo. r declinat' bec antimetabola le. vel bec antimetabole antimetaboles.

Antipofora q a grecismo ponit' sub scemate est rñsio tacite obiectiōi scā: vt Nihil

mibi rescribas attē ipse veni. Et dicitur ab anti quod est: et foros quod est fari vel dicere: id est antiposita quasi dicitur illud quod posset obijci. vñ doctrinale. Rñdēs ad ea tibi q̄ sunt obijciēda. Das antiposita cū nō tñ obijciat. Vel dicitur ab anti et foros quod est ferre: quasi ferre obiectiōi rñsionem.

Antitheta est quāda figura de qua supra dixi in ca. de scemate quasi in fine.

Antitheton est quāda figura de qua supra dictus est in ca. de scemate quasi in fine.

Antropospatos est humana passio: quā quod est hoīs attribuit deo: vt deus irascit: gaudet. vñ ps. Dñe ne in furore tuo arguas me: ne q̄ in ira tē. Et dicitur ab antros quod est hō: et passio vel patos quod est passio: quasi humana passio. Et ponit in doctrinali inter colores: vbi sic dicit. Si que sunt hoīs assignant deitati. Antropospatos est sic sepe dei legis iram. Dicit etiam antropospatos quā eōuersio quod est dei attribuit homini: vt fulminare: tonare: ningere: pluere.

Aposiopesis est validus defectus orōnis. Unde pr̄is. in mino. ponit exemplū Terētij in Eunuchō. Ego ne illā: q̄ illū: q̄ me: q̄ me non. Deest cuiusq̄ constructio plene orōnis. Ego ne illā digner aduen tu meo: q̄ illū p̄posuit mihi: q̄ me spreuit: q̄ me non suscepit heri: et dicitur ab apo quod est defectus: et vsios quod est egle siue suba: et passio quod est passio: quasi eglis defectus vel subalis passio: vel a poio is. quod est fingere: quasi fictio eglis defectus. **U**tm̄. p̄ ap. aposiopesis est cū id quod dicturi videbamur silērio intercipimur: vt Quos ego: s̄ motos p̄stat cōponere flūctus: suspēsa locutio. Et vt dicit Alexāder differūt ethiopsis et aposiopesis: quā in ethiopsi certū est quod subintelligi queat: vt hec secū. Deest enī loquebat. S̄ i aposiopesi multis modis pōt fieri suppletio: vt Si introibūt in regez meā: suppleri pōt miz erit: vel nō credat mihi vñ aliū h̄. Et sūt h̄ defectus in penis et in p̄mys in theologia ad notādū q̄ pene reproboꝝ et p̄mia bonoꝝ sūt inenarrabilia. **I**sa. Secretū meū mihi: secretū meū mihi: ve mihi.

Apostrophe est ouersio locutiōis ad aliquē p̄ scōdam p̄sonas: vt Dñi est salus et sup pplm̄ tuū bñdictio tua. Et dicitur ad apos quod est retro vel aliud: et tropos quod est ouersio quasi ouersio ad aliud. et cōuenit cum tropologia de qua infra dicet.

Articulus est vboꝝ dispositio sine iūctione: vt Solus inermis inops inglorius vñ re disti. Vel quā clausule sine cessatiōe absq̄ interuallo disti guunt. et iste est color rhetoricus quasi idem cum scemate quod dicitur ab syntbeton vel dialiton.

Barciologia ponit a Breuismo sub scemate: et fit cum plura sub paucis v̄bis cōprehēdunt: vt Urit amor paridē: nuptā rapit: armat attri des. **U**ltro pugnat: fit machina: troia cremat. Et dicitur a bracos quod est breue: et logos quod est sermo: quasi sermo breuis. Vel barciologia s̄m̄ pug. idē est quod breuiloquiū. i. breuis dictio: vt venimur: vidimur: placuit: exemplū est papie.

Catatiposis quā ponitur a Breuismo sub scemate fit quā aliquid iuxta sui formā describitur vel figurat sub noie patris vel matris vel alteri rei. vt caluus. crispus: ventrosus: sophonius: ferroni. socratem describūt hec oīa solum. Et dicitur a cata quod est iuxta: et tipus quod est figura vel forma: quasi alicuius descriptio iuxta sui formam vel figuram.

Climax que ponit a Breuismo sub scemate fit euz de vno v̄bo in v̄bis fit gradatio: vt Mars videt hāc: visq̄: cupit: potiturq̄: cupita. Vel vt dicit pap. climax gradatio cū a quo supior sensus terminat inferior incipit: vt est illud. Ex innocētia nascit dignitas: ex dignitate honor: ex honore imperiū. **D**ac figurā nōnulli cathe

De coloribus rheto.

nā vocat: quod scema est. et cōuenit hec figura cum illo colore qui dicitur gradatio. et dicitur a clima quod est gradatio.

Complexio fit ex eo quod eadez dictio in p̄ncipis plurius clausulaz repetit: et altera circa finē earundē: vt Bñdicite angeli dñi dño: bñdicite celi dño. **I**te quis testamētū vet? trāstulit: **D**ieronimus. Quis triū linguaz peritus siue expertus fuit: **D**ieronimus. Quis hereses destruxit: **D**ieronimus. Et dicitur a complexor complecteris. quā cōplectit cōuersionem et repetitionem: qui sunt duo per se colores.

Concordia est quā fines medietati versuū cōueniūt et cōcordāt: vt p̄ in versib̄ leo ninis. **S**ac tibi fortunam: festines frangere lunam. Et cōtra fatum faciet te cura beatum.

Conduplicatio est geminatio dictiōis vel dictiōnū vel orōnis ad laudes vel vituperiū alie: et nō fuit locū: quā fit in p̄ncipio vel medio vel fine: vt Tu ne p̄res gladio crudelis nate necasti: Tu ne p̄res nungd: mors p̄ris mors tua nungd: Et cōuenit cū quodā scemate quod dicitur anadiplosis: et cū epanalexi

Coniunctio est cū due clausule claudunt sub vno verbo posito in medio. vt Ant etas forme decus atterit aut valitudo. i. infirmitas: et conuenit cum zeumate.

Contentio fit quā d̄rys reb̄ orō pficit: vt In luctu rides: inter cōiunia luges. **U**rbē rure cupis: laudas bona ruris in yrbe. **M**ane peto lectū: dimitto vesperē tectum.

Contrarium fit: ex quo animus ex diuersis rebus efficit certus: vt Qui sibi nō parcat quō mihi vel tibi parcat: Qui sua diuulgat p̄bra: credis quod tua celet: **A**n cedes soli cū socio supasti: quasi dicat nō: et cōuenit cū scemate: quod dicitur in antitheton.

Conuersio est quā eadē dictio in fine clausulaz repetitur: vt Qui vitium spernis te spernis friuola spernis.

Correctio est quā tollit quod prius dictum est: et quod magis idoneū videt apponit: vt Sūmi nus oblitus decoris: quinimmo dedecoris: ex quo dicitur amans: imo veracius amens. Et cōuenit hic color: cum si gura que dicitur epidioceffe: de qua infra dicam.

Diaforosis est dubitatio: vt **E**loquar an silēz. Et dicitur a dia quod est duo: et foros quod est locutio: inde diaforosis id est duplex locutio.

Diasirtos est figura locutiōis in theologia familiaris: quando aliqua vox vel dictio ad duo trahitur: vt Nequando rapiat vt leo animā meā. i. ille qui est vt leo: vel leo nō rapiat.

Difinitio est breuis demonstratio rei p̄ orōnem scā p̄prias rei amplectēs p̄p̄tates: vt **P**rodigus est quasi vitio retinēda p̄fundēs. **L**argus q̄ sumptū facit ex rōne libeter. **P**arcus q̄ retinet q̄cqd̄ depostulat vsus. **Q**ui retinet cupide quod res depocit auarus. **P**rodigus vt largo sic distat parcus auaro.

Dubitatio fit cū aliq̄ ostēdit dubium se esse: et ignorat quod sit potius eligendū. vt Tu quis es ignoro: quo te quoq̄ noie dicā **N**escio: si dicā spurcissime: nō erit equū. **S**i scelus appellē min? ē: de formior an sis **N**equior ignoro: nūc hoc mihi: nūc placet aliud.

Ebasis est euagatio p̄ter mās. et dicitur ab e. quod est extra: et basis quod est fundamētus: quasi extra mām que est fundamētus: euz s̄m̄ mām ingredi sint s̄m̄ones. **U**ñ doctrinale. **E**xtra mām describens: vana vagat **A**uctor. et hanc plures ebasis dixere figuram. **Q**uidā dicit eubasis p̄ eu diphongū. Et est eubasis bona digressio sic sepe auctores faciunt quā relicta materia digressiones fu

ciunt. Et dicitur ab eo quod est bonum: et bassis quod est vado siue gradior: inde eubasis. i. bona digressio.

Emphasis que ponitur a grecismo sub tropo est expressio loquendi: et fit cum volentes exprmere aliquod accidens vrimur noie substatiuo p adiectiuo significante illud accidens ad maiore expssione: vt si ponat scelus p scelerato: vtus p vtuoso. **Chobias**. Nubere vir tui viri? letat. et dicitur ab eo quod est in: et pbasis locutio vt expressio. qsi expssa locutio fm quosda. **Pug**. vo dicit. **Emphasis**. i. expssio. qsi qda figura loquedi. f. cu volum abudantia et expssione alicuius accidētis in aliquo notare: solemus illud appellare noie accidētis: vt Dauus est ipstus scelus. vñ emphaticus ca. cum. et hinc emphatice aduerbium: vt **Emphatice** loquit iste. i. expresse. f. tali figura. et emphatico cas. i. emphatice loqui. Et nota qd emphaticus quandoq; dicitur audax et increpator: q; talius est expresse loqui.

Endiadis que ponitur a grecismo sub scemate est cu duo adiungunt substatia: et alteru resoluit in adiectiuu: vt **Arma viruq; cano**. i. armatu viru. vñ **Grecis**. Endiadis fiet resolutio i mobile fixo. Et fz doctrinale fit etiā ecouerso: vt **Armatu vix**. i. arma et viru. et ita est duplex endiadis. f. distucta et iuncta. Et dicitur ab eo quod est in: et dia quod est duo: et dis quod est inseparabilis ppositio et nota resolutio: qsi duoz in vnu resolutio. **Pap**. vo dicit. Endiadis est figura cu duo diuersa noia in vna coueniētia iungunt: vt **ipertē et pdā pro impertē pde**.

Epidiociesis que ponitur a grecis sub scemate fit cu supradictu in meliore partem corrigat: vt iste ē cert? amās: imo certior imo certissimus. Et dicitur ab epi quod est supra: et dian quod est clax: et scesis quod est cesura. et dicitur correctio in rhetorica.

Epilogus sicut ponitur a grecismo sub scemate, et est supradictioz replicatio. et dicitur ab epi quod est supra: et logos quod est sermo: et est idem quod reuolutio. fm enim **Dug**. ab epi et logos dicitur h epilogus. g. i. suplocutio aliquid rei: vel breuis recapitulatio pdictioz: et pprie in fine causaz in medio iudicij vel extrema parte libri. Et inde hoc epilogiu g. i. ides. Et epilogo gas. i. epilogu facere: breuiter recapitulare. et est adiectiuum.

Epimone est tropus in theologia qm dicitio repetit ad maiore certitudine vel desiderio depressionez. vt **Amen amen dico vobis**. et reducit ad epizentism. et dicitur ab epi quod est supra: et monos vnu: qsi vni dictionis supraposite repetitio. **Uñ Grecis**. Epimone fit si vox sit crebro repetita. **Alj** dicunt qd epimone fit qm dicitio non tota repetit: sed pncipiū et finis variat. Et hoc ostēdit exēplū doctrinalis: vt **Expectās expectaui dñm**: canens canebat: laudans laudabo. et dicitur ab epi quod est supra: et mon quod est repetere: qsi supioris repetitio.

Eubasis est bona digressio. De hoc etiā supra dixi in ebasis ibi require.

Euphonia est pulchra locutio: vt meridies pro medidies. et fm quosda fit dupl. vt qm lra trasponit: vt nobiscum pro cum nobis. vel scribit et non pferit: vt circūco circūamicta: ppter malam psonoz tatem: et dicitur ab eo quod est bonus: et phonos quod est sonus: qsi bona sonozitas vel bonus sonus. vñ euphonicus ca. cum. i. bene sonās: et excusat cacēphaton fm doctrinale. **Uñ** retices que turpe sonant euphonia habet.

Euphemismos est bona vbi pro vbo mutatio: vt **Exultabit ligua mea iustitiam tuam**: id est exultando pronunciat. Et dicitur ab eo quod est bonum: et pphemismos: quod est mutatio: quasi bona mutatio. De hoc sic dicit doctri. **Euphemismos** est pro verbo ponere verbum. **Exultat domini yo**

tem mea lingua superni.

Exalage est mutatio qm p numero plurali singularis ponit fm **Papi**. De hoc etiā dicaz infra qm determinabo de aliotheca in ca. de syntbesi. in fine. et dicitur ab ex quod est extra: et aleon quod est alienum: et logos quod est sermo: quasi extraneus et alienus sermo.

Exclamatio est cum frequenter clamat: vt **Quāris: o quib?: o quibus es vidua**. Et uenit cum pphesi: de quo dicam infra.

Fantasia fm **Grecis** est sub tropo: et interpretat ficta locutio: cum quod est aiati attribuit inaiato: vt **Seget loquit**. et couenit cum somotopeia. **Uñ** de etiam in suo loco.

Gradatio fit cum de precedenti voce subsequens format quasi per gradum vocum: vt **Quid leuius fumo vel flāma: flāmē. Quid flamine: ventus. Quid vento: mulier. Quid muliere: nihil**. Et **Grecis** dicitur hic. **Quācunq; videt cupit: et quācūq; cupiuit allicit: allectam vitiat: prodit vitiatam**. et couenit hic color cum figura que dicitur climax. **Couenit etiam cum tropo qui dicitur metalensis.**

Ipalage dicitur sub scemate. vñ etiā de ea dixi supra de scemate quasi in fine.

Iposora est obiectio que pot fieri ab aduersario. et dicitur ab ipos quod est sub: et foros quod est fero. i. dico. inde iposora. i. subdicio vel obiectio ab aduersario facta.

Lepos interpretat vrbalitas. et fit qm vni? vel ad vnu? fit locutio pluraliter: vt **nostis bone pful**. **Uñ doctri**. dicitur esse lepos sermo directus ad vnu? **Utens plurali** velut hic. **nostis bone pful**.

Litote interpretat min? dicens et plus signās: vt **non nouus imo vet?**: iste non est isipiens s; sapiens: gen? et spēs non vident simplr dici: imo multipliciter. Et munera non spernas: s; libeter suscipias: vel ecouerso cu plus dicit et minus signat: vt dicit **Pap**. et vt ait doctrinale. **Siet sub ea firmado negatio bina**. et sic fm eū litote fit cu due negationes vna faciūt affirmationē: vt **Sedeo necno? et scribo**. et dicitur a litos quod est dissolutio: q; due pres resolunt in vna. et est tria litote cuida tropo qui dicitur iperbole.

Occupatio fit qm dicim? nos pterire aut nescire aut nolle dicere: hec que maxie dicimus hoc modo. **Quid referā quātis tua sit macula: ta iuuentus flagitij**. Et **Grecis** ait. **Occupat** hic color cu quod transire parabat. **Nec trasit pretereo cedes periuria furta rapinas**. **Tedia** forte dare si vbi ista referrem.

Aliopomenon est sub paucis verbis multorum pprehensio: vt hic. **Urie amor: paridē: vel hic: Mors mala: mors int? malus act?: mors foris vltus**. **Tumba puella puer lazari** ista notant. Et dicitur ab olon quod est totū vel multū: et pomenon quod est coniunctio: qsi multoz breuib? verbis adiectio.

Omopasia est attributio proprietatis vnius aliteri: vt **Lingua mea meditabitur iustitiam tuam**. **Lingue enim est loqui: et cordis meditari**. vnde quod est cordis attribuitur lingue. et dicitur ab omos quod est vnum: et pasia quod est passio: quasi vnitozum passio et attributio.

Omophosis est expositio ignoti per eque vel magis ignotum: vt **quid est palmito tas: pretaxo taxas**. **Vel** quando per grecum exponitur latinum: vt **quid est homo: antropos: quid est curre: vectē**. Et dicitur ab omos quod est simile: et phosis quod est expositio: quasi per simile expositio. et reducit ad omozensim: que est notificāe vnam rem per aliam.

Disantia est questio cui non potest una voce respondere: ut qua geremus bellum: que auxiliis nobis parata erunt: quis erit qui subuenire velit: cum tam acerbe socios tractauerimus: Et vocatur a Tullio hec figura interrogatio.

Precisio est cum dictis quibusdam quod conceptum est relinquere in audientium iudicio. **Ubi** **Brecif.** Cōcipe cōceptus cetera precisio fiet. Ut te non equum certamen ponere mecum. **Nungd** ego recolo: quod tu fecisti: sed dicere nolo. **Uel** precisio fit cum aliquis verba in animo concepit: et loquendo interrumpit.

Profonesis **fm** **Brecif.** sub scemate est cum aliquis clamando deum letitias vel indignationem exprimit: ut **O** deus in quantis animis versas amatis. **Et** dicitur a poros quod est ad et fonos quod est sonus: quasi se habens ad sonum. i. exclamationem: quia hic color dicitur exclamatione.

Prosopopeia fit quando inanimatum loquitur ad animatum: ut **Qui** modo nasonis fueramus quinq; libelli. **Uel** quando inanimatum ad inanimatum. ut **Terra** loquitur fontibus et maribus. **Uel** fit tot modis ut metaphora. **Et** dicitur a prolos quod est persona: et poio is quod est fingere: quasi sermo factus a ficta persona. **Uel** dicitur a profon quod est persona: et poio quod est fingere: quasi dictio noue persone: et reducitur ad metaphora: cum fiat quasi quod irrationale loquitur rationali: ut **Nobis** testudo locuta est. et hec figura sepe inuenitur in theologia. **Ubi** **Psalm.** **Mouit** scriptura et prosopopeia. i. personarum fictione ut: ut de inanimatis sicut de animatis loquitur: sicut illud. **Mare** vidit et fugit. **Pug.** **vo** sic dicit: **Poio** componit cum prosopa quod est persona: et dicitur hec prosopopeia. i. personarum compositio vel confirmatio: ut cum res non loquens introducitur loquens: ut ego celus te go oia: et ego terra calcet ab omnibus. **In** doctrinali dicitur. **Personarum** nouam formans dat prosopopeiam.

Prothescoparalange fit quando una propositio ponitur pro alia. **Uide** in suo loco in quinta parte.

Ratiocinatio fit quando aliquis a seipso querit rationem: et postea ipse dicit: ut diues auarus eget: quare non competit vltus. **Tangere** parta timet: cur: ne minuatur aceruus.

Repetitio fit ex eo quod eadem dictio in principio plurium clausularum repetitur: ut **Laudate** dominum de celis: laudate eum in excelsis etc. **Et** videtur de qualiter differunt repetitio: conuersio: complexio: et conuenit cum scemate quod dicitur anafora.

Sententia in rhetorica idem est quod proverbum cum preponitur aliquid ad breuitatem alicuius moralis instructionis: et ponitur consecutio: ut **fm** **grecif.** **Cui** satis est quod habet satis illud stat habere. **Cui** nihil est quod habet satis stat illud egere. **Ergo** facit virtus non copia sufficere. **Et** non pauper sed metis hiatus egere. i. auaritia. **Sicut** b. **Dic** liber est qui vitium non est seruus. **Pu.** **vo** dicit. **A** sentio tunc dicitur hec sententia tunc iudicium vel litis decisio: vel firma et indubitata ratio: vel aduersio: vel sensus vel intellectus. **Ita** sententia quodam color rhetoricus dicitur. s. breuis oratio aliquid mortalitatis generaliter comprehendens: ut **Obsequium** amicos: veritas odium parit. **Et** a sententia dicitur sententiosus s. sententiosus plenus et compactus. **Et** **fm** **Bregio.** sententia simpliciter dicta in bona parte accipitur. **Et** ut dicitur **fm.** sententia est determinata acceptio alterius partis contradictionis.

Sineptesis fit doctrinale fit dupl. **Uno** modo est accidentis mutatio precipue numeri in numero: ut **Unica** facta fuit mulier que sunt modo multe. sed iste modus non est multum in usu. **Alio** modo est mu-

De coloribus rhetoricis

tatio de secunda persona ad tertia: ut **Nobis** parce deo nros lauet iste reatus. **Ubi** versus. **Dicunt** bina spes sineptesis esse. **Et** differt hic modus a tropologia: quia ibi fit transitus e conuerso de tertia persona ad secundam: ut **Dni** est salus: et super populum tuum benedictio tua. **Et** dicitur a syn quod est conuersio: et thesis positio: quasi simul positio.

Somotopeia ponitur a **Brecif.** sub tropo: et conuenit cum fantasia. et est somotopeia cum res incorporea reducitur ad loquendum: ut cum dicitur deus vel angelus loqui. **Et** dicitur a soma quod est corpus: et poio quod est fingere: inde somotopeia. i. figmentum corporis. **Uel** dicitur a soma quod est corpus: et thesis quod est positio: et poio is: quasi ficti nominis positio. **Subiectio** in suo est in quinta parte.

Traductio fit cum aliquid nomen per suos causas variatur: et conuenit cum quodam scemate quod appellatur poliptoton. **Ubi** **Brecif.** **Misce** per causas vocem traductio fiet: ut **Si** nihil in vita iocundius est tibi vita: **In** decorem vitam perages virtute relicta. **Uel** etiam fit in personatione: ut **Cur** illam curas que multas dat tibi curas.

Transitio est color per quem continuamus dicta dicendum: ut **Audistis** qualem se prebuit iste parenti: **Nunc** qualis ipse fuit parens audite vicissim. **Item** dicto de nomine dicendum est de verbo: vel fit quasi dicitur iterum ostendit dictum: et postea quid sit dicendum.

Tropologia **fm** **Brecif.** sub scemate est conuersio ad aliquem per secundam personam: ut **Dni** est salus et super populum tuum benedictio tua. et dicitur a tropos quod est conuersio: et logos quod est sermo: quasi sermonis prius habitus conuersio: et est eadem cum apostropha. **Pug.** enim dicit quod tropologia est excusatio vel sensus spiritualis vel moralis et figurativa intelligentia vel locutio: vel emendatio vite. **Et** inde tropologia ca. cum. et tropologice aduerbium: et tropologice cas. et tropologice 3as. tropologice loqui. **Pap.** autem sic dicit: **Tropologia** moralis instructio ad instructionem et correptionem: morum siue apertis siue figuratis sermonibus placata. **Amodo** de aliotheba. put est figura constructionis **fm** quod de ea determinat **Priscianus** videamus. **Posset** hic competere dici de septem regulis cicony: et de ipsebus distinctionibus. s. comate: colo: periodo. sed post aliothebam de eis dicemus.

Allotheba est improprietas constructionis ex eo quod dictiones in eo posite struunt in diuersitate accidentum: ut **Ego** sortes lego. vel recipiunt aliam constructibilitatem quam habent a natura: ut sortes est albus pedem. et dicitur ab allon quod est alienum: et thesis quod est positio vel theca: inde allotheba. i. aliena et diuersa positio accidentis vel accidentium: quod scema dicitur a **Donato**: et in lexicos et in dianeos diuiditur ab eodem. **Hic** nota quod figura est licentiosa improprietas vsu auctoritate vel commoditate placata. et **fm** hoc aliquando est tolerabilis et extendenda: aliquando tolerabilis et non extendenda. **Tolerabilis** et extendenda est illa que plus habet rationis quam vitium: quia vsu et commoditate probatur: sicut euocatio et conceptio. **Tolerabilis** et non extendenda est illa que habet plus vitium quam rationis: quam tamen auctoritate probatur sicut antiprosis et paragoge. **Spes** allothebe **fm** **Prisc.** sunt quatuor. s. prolensis: silenensis: zeuma: syntbesis: et antiprosis. **De** finibus per ordinem videamus.

Prolensis est presumptio rerum explicandarum ordinem secularum: ut **Aquile** volauerunt: hec ab oriente: illa vero ab occidente et dicitur a pro quod est pro: et lensis quod est sumptio: id est plensis quasi presumptio. **Spes** plensis ut vult **Prisc.** in primo sunt tres. **Prima** quod habet fieri per solos rectos: de qua talis datur regula.

Quia fit diuifio p solos rectos pponendus e ntus pluralis
 cuz vbo: 2 diuidetia debet sequi sine vbo: tuz singulariter
 tuz plurali: vt hoies sunt: hic bonus: ille malus. vel hoies
 funt: hi boni illi mali. **C** Ex pdictis pz qz hec est incogrua
 diuifio. Oculi alter dexter: alter finifter. vel hoies hic est
 bonus ille malus: nisi forte excuset p antiprosim: ita qz il-
 le ntus pcedes ponat p gto: qm diuidetia no pcedut ver-
 buz a quo ille ntus regat: 2 respectu cui fiat diuifio: quuz
